



Misc. 6^{me}.

cat. 1, 63.



18.

Q. D. B. V

DISSERTATIO VIII.

**OBSERVATIONVM
CRITICO-PASSIONALIVM
PRECATIONEM CHRISTI**

IN HORTO GETHSEMANE

SIGILLATIM EXAMINANS

QVAM

INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE
INDVLTV

IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA

DIE XXI SEPT. M. DCC. XX.

PLACIDAE ERVDITORVM συζητήσει

SVMITTIT

PRAESES

SAMVEL FRIDER. BVCHERVS

AA. ET PHIL. MAG.

ET

RESPONDENS

CAR. GODOFR. LOCHMANNVS

SPANSBERG. MISN. S.S. THEOL. STVD.

VITEMBERGAE

LITERIS CHRIST. SCHROEDERI, ACAD. TYP.



DISSEPTATIO VII
OBSERVATIONUM
CALCULATIONUM
IN
RE
SARAE
GODOLPHI
PUBLI CHRISTI



☉ I. ☉
CAPVT X.

DE
PRECATIONE CHRISTI IN
HORTO GETHSEMANE

§. I.

Mirabitur forsan Dissertationes has deinceps lecturus, cur nonnulla de Precatione Christi in Dissertationem VII. de Seruatoris praedictione, quod ipse scandalo sit futurus discipulis, agens, reiecerim, aliaque fortasse fecerim minus adprobanda. Sed nosse oportebat Beneuolum Lectorem, quod, legibus sic iubentibus, tale quid, me maxime inuito, committendum fuerit. Iam, his missis, rem in nostram erit, quod Sagittarius literis consignauit, quando l.c. p. 262. scribit: *Notandus est ritus precantis Iesu, quod scilicet oculos in coelum eleuauerit, quem precandi morem imitati sunt ueteres Christiani.* De S. Martino Episcopo Turonensi auctor est Sulpicius Seuerus, quod, oculis & manibus in coelum eleuatis, inuictum ab oratione spiritum non relaxauerit, & cum a presbyteris, qui in morbo ad eum confluerant, rogaretur, ut corpusculum lateris mutatione releuaret, finite, inquit, finite me fratres, coelum potius respicere, quam terram, ut suo iam itinere iturus spiritus ad Dominum dirigatur. De Constantino M. in eius Vita lib. 4. memorat Eusebius, quod imaginem suam aureis nummis ita curauerit insculpi, ut passis manibus instar precantis coelum contueri uideretur. In ipsis uero regis per quasdam ianuas in tabellis, quae summis uestibulorum partibus affixae erant, erecto statu pictum dicit Constantinum, sursum in coelum contemplantem, & precantis forma manus attollentem. Hoc ipso igitur ritu testabantur antiqui Christiani, se a mundo & carnalibus desideriis abstractos deuota mente quasi Deo affixos esse, & familiare cum ipso habere colloquium. Hinc Chrysostomus Homil. 69. in Iohann. *Διὰ τῶν πνευμάτων τὸ ἐκτενὲς τὸ ἐν ταῖς δεήσεσιν, ἵνα καὶ ἐστῶτες ἀναβλεπωμεν, μὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἢ τῆς σαρκὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ*

A

καὶ τῆς διαβολῆς. Propterea docemur de attentione in precibus,
 ut & stantes suspiciamus, non solum oculis carnis, sed & men-
 tis. Praeterea, Hebraeos tum stantes orasse, ex consuetudine
 gentis Iudaicae tum maxime usitata, notamus. Magistri ne-
 cessitatem stationi adscribunt. Maimonides in Tephillah,
 c. 5. necessario requirit: אין מתפלל אלה מעומד, nemo rite
 orat, nisi stans. Sic confirmat Christus, quod hypocritae
 consueverunt in Synagogis & platearum confinibus orare stan-
 tes, Matth. 6. 5. Luc. 18. 11. 13. Marc. 11. 25. Hypocritae di-
 cuntur, non quod stantes, sed quod libenter coram homi-
 nibus, ostentationis ergo, orabant. Quandoque tamen pro-
 cubuerunt in genua & faciem, immo aliquando sedentes
 orabant. 1. Reg. 19. 4. 2. Sam. 7. 18. 1. Reg. 8. 54. Ezr. 9. 5. Dan.
 6. 11. Act. 7. 6. XX. 36. XXI. 5. Ephes. 3. 14. qui prolapsus in
 puluerem signum erat maximae humilitatis, ingentis tristi-
 tiae, moeroris uehementissimi, dum Orientales affectuum
 suorum uehementiam ostensuri uariis signis externis, etiam
 in excessu, utebantur, Gen. 17. 17. 2. Sam. 12, 16. 1. Maccab.
 4. 40. Syr. 1. 19. C. 18. 19. 1. Cor. 14. 25. Christus autem hu-
 manae cessit consuetudini, non ut simpliciter morem He-
 braeorum imitaretur, sed ut humiliationis summae exem-
 plum nobis relinqueret, & intensissimae anxietatis uehemen-
 tiam notam faceret. Vbi Lazarum resuscitare uellet, preca-
 batur positus genibus, ut Lucas refert, & cum oraret inten-
 sus, ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ, ut habet Matthaeus, ἔπεσεν
 ἐπὶ τῆς γῆς, iuxta Marcum. Hebraei dicunt eleganter הוֹרַתוּתָא,
 quod erat ἐκτενέστερον προσήυχασθαι. Grot. ad Luc. 22. 44. & ad
 Matth. 26. 39. Mos cum summa demissione precantium. Gen.
 17. 17. 1. Macc. 4. 40. Nam, monente Bynaeo, unum fae-
 pe ponitur & alterum subintelligitur. Vestigia tamen pe-
 dum Seruatoris in faxis superesse, Baronius & Henricus Cani-
 sus ex Beda frustra allegant. Sagittar. P. 2. c. 2. p. 327. In
 monte oliueti ad huc hodie peregre aduolantibus ostendi-
 tur saxum habens tres in superficie concauitates longas,
 sed non profundas, in quarum unaquaque recubuisse dici-
 tur unus ex tribus Apostolis. Ab hoc saxo remotum est
 antrum



antrum subtus terram in uiuo lapide excisum, quo in loco Christum preces suas Patri obtulisse, referunt. *Casaubonus in Exercit. 16. n. 63. p. 521. contra Baron. uerissime sentit, Eusebium & Hieronymum*, testes oculares, hac de re tacere, & fortasse peregrinantes ex nimia sanctitate saxum excuasse, portiunculis petrae secum delatis, aut ex assidua attritione, nempe illorum, qui genua ibidem flexerint, quod deinceps pedibus Christi, uel ex ignorantia, uel ex superstitione, adscripsissent, quae sententia uerosimilis ipsi uidetur ex uerbis Eusebii, quae *Casaub. adfert. Ex. 16. num. 63. Γεθσημανή χωρίον, ἔνθα πρὸ τῆς πάθης ὁ χριστὸς προσκύχητο, κείται δὲ πρὸς τῶ ὄρει τῶν Ἐλαιῶν, ἐν ᾧ καὶ νῦν τὰς εὐχὰς ποιῶνται σπυδαίξισι; Gethsemane est uilla, ubi ante passionem Christus orabat, & sita est ad montem oliuarum, ubi etiam nunc preces fundere consuecunt, uel operam nauant.*

§. 13. Precatio dirigitur ad Patrem coelestem, qui dicitur Abba, ὁ πατήρ. Vox ΑΒΒΑ non est Syriaca, ut plurimum cum *Beza, Erasmo, Bynaeo, Sagittario p. 2. c. 2.* qui *p. 328.* uocat SYRO-CHALDAEAM, existimant. Syri enim non scribunt per duplex א, neque per Dagesch forte, quo plane carent. Apud Syros scribitur אבא, Abo, & cum Suffixo אב. Nec Graecum est, ut censet *Augustinus & Lud. Capellus.* Quando regerunt nonnulli, aliter Syris lectum, aliter scriptum esse, respondemus, Christum locutum fuisse non Syriace, uti uulgo cum *Sagittario P. 2. c. 2. p. 329.* atque aliis Eruditi existimant, sed Hebraice, dialecto si non pura Hebraea, tamen mixta, qualis tum in usu erat. Sic *Joh. 5. 2. QVAE NOMINATVR HEBRAICE BETHESDA, 19. 13. HEBRAICE AVTEM GABATHA 17. HEBRAICAE AVTEM GOLGATHA 20. &c. ET ERAT SCRIPTVM HEBRAICE, GRAECE ET LATINE.* Cur non Syriace? Quia lingua Hebraea, non Syriaca, sed Hebraea, Graeca & Latina erat usitatissima. Vnde dissentientes id, quod de lectione, aut pronuntiatione ab scriptione diuersa proferunt, probare uellent. Non incongrue linguam illam, qua utebatur Christus tunc temporis, CHALDAEO-SYRO-HE-

BRAEAM dixeris, Rabbinico-Talmudicae dialecto proxima. Vtrum uero ab Hebraeis ad Graecos, an uero ab his ad illos uenerit, dubium. Certe Graeci diu ante illud tempus habuerunt suum *ἄππα, ἀββὰ, πάπας, παπία, παπίδιον, πάππας, ἀπφός, παππάζων*, id est, *πάππα Φωνέν, πάτρα καλέν*, unde Apphus, Auus, pro Abus, ut ueteres scripserunt, Papa, Papas, Pape, Ppasse, *πόπη*, Pater, pappare, Vater ruffen, quae uoces singulae *originaliter* descendunt ab Hebraeorum **אב**. *Drusio* nomen dignitatis est, aut formula loquendi *ἐν παραλλήλῃ κατὰ πλεονασμὸν*, sed minus accurate. *Heinsius in Exerc. S. in N. T. h. l.* ait, *ἀββὰ ὁ πατήρ* idem esse, quod *ὁ ἐπιμνησθησόμενος πατήρ*, quod est, si interpretaris, Pater. Consentit *Lightfoot. Hor. Hebr. h. l.* quod efferatur *ὁ πατήρ*, & non *ὁ πάτερ*. *Ludouicus Capellus*, cui *Lydius assentit p. 8.* conicit, eam esse Graecis notissimam formulam, qua filii parentes blande & familiariter compellabant. Bynaeus autem, non Graecis, sed Iudaeis fuisse formulam blandae compellationis familiarem, Hebraeis scilicet olim usitatissimam, opinatur. Sed licet Hebraeorum mores secuti Gentiles Deos & sacrorum Antifites uocarent patres, ut satis constat, tamen, Graecis ac Hebraeis in usu fuisse formulam, nunquam probari potest, & quanquam non raro occurrunt apud Scriptores repetitiones eiusmodi, emphasis causa adiectae, tamen Christus non precatus est ex more Gentilium, aut Phariseorum, quorum traditiones respuit. Immo, Christum dixisse *ἀββὰ ὁ πατήρ*, aliqui in dubium uocant, quippe Euangelista illud *ὁ πατήρ* annectere ipse potuerit. *Lightfoot. in Hor. Hebr. ad h. l.* obseruat, **אב**, significare PATREM NATURALEM, quo sensu *Targum τὸ אב* transtulit **אבא** *Gen. 22. 7. XXVII. 34. XLVIII. 18. Jud. 2. 11. 58. Es. 8. 4.* PATREM CIVILEM, Seniore, Dominum, Doctorem, Magistratum, quo sensu *Targum τὸ אב* transtulit **אבי** *Gen. 4. 29. 21. 1. Sam. 10. 12. 2. Reg. 2. 12. V. 13. VI. 21.* ut adeo **אבא** in solidum patrem naturalem designet. Tali sensu sumitur apud eundem *Rom. 8. 15. Gal. 4. 6.* & h. l. quod Christus sub agone infando circumseptus undique angoribus,



5.

goribus, πατερνός & prouidentia admodum nubila & te-
 nebricosa, tamen Deum agnosceret, inuocaret, inueniret
 אבא, patrem suum, sensu suauissimo. In genere Hebraeo-
 rum אב, siue אבא Graecum, innuit 1.) PATREM NATURA-
 LEM & te ierrime amantem ab אבא, bene uoluit, ex affectu
 beneuolo & propensione paterna in filios, ein liebreicher
 Vater-Nahme, unde Christus, monente *Dassouio*, dicere
 uoluit. *Abba, Pater mi, qui me genuisti, Pater mi, qui me
 impense diligis, Pater mi, cuius amore totus possum confidere.*
*Unde apud Hebraeos nec uiricus dicebatur Abba, nec seruus
 Dominum uocabat Abba, licet uocaret patrem.* Intenditur
 enim uox & geminatur litera, affectus uehementissimi te-
 standi causa, ut Grotius uerissime affirmat. 2.) MORALEM f. OF-
 FICIALEM. Erat enim olim *titulus honorarius*, in primis *Scho-
 lasticus*, uel *Scholastico-Ecclesiasticus*, perinde ut Rabbi &
 Mari. Discipulos uocabant filios 1. Reg. 20, 35. & c. 2. Reg. 2.
 3. 5. 7. 13. IV. 1. 38. V. 22. VI. 1. XI. 1. ubi Jonathan & Arabs
 constanter uertunt תלמידי, *discipulos*, f. תלמידי נבייא, *di-
 scipulos Prophetarum*. Rationem denominationis reddie
 R. Sal. Ben Melech ad 2. Reg. 2. f. 80 3. Filii Prophetarum
 h. e. discipuli Prophetarum, qui illis erant instar filiorum.
 Sic enim aiunt sapientes: *Quisquis docet filium socii sui le-
 gem, aestimatur in Scriptura, ac si generasset eum.* *Hospin.
 de Orig. Monach. l. 1. c. 8.* Paulus in eandem sententiam
 scribit: *Τηνία υς, δε πατρων οδων, Gal. 4. 19.* Hi uero Do-
 ctiores & Magistros salutabant Abba, unde patet, quid si-
 bi uelit Seruator *Matth. 23. 8. 9. 10.* nominibus πατρι, πα-
 τρι, πατερνους, quae uoces cum Hebraeorum רבי, Rabbi, אבא,
 Abba, מרי, Mari, faciunt idem, quae coniunctim extant in
 מכות f. 24. 1. ubi *Iosaphat* discipulum sapientem compellaf-
 se legitur מרי רבי אבי. Sic *Autor Iuchasin* f. 31. 2. אבא הוא
 רבי, *Abba est nomen honoris, sicut Rabbi.* I-
 dem habet R. *Dau. Cohen de Lara* f. 1. 3. & *Talmud*, ubi saepius
 occurrit. Exinde Habesseni quemuis Ecclesiae Docto-
 rem nominant אבא, Apostolum uero, f. Patriarcham, aut Epi-
 scopum, אבון, *Abuna*, id est, PATREM NOSTRVM. Denique
 nec

nec illud praetereundum, quod aliqui ex geminatione ista
 Αββα ὁ πατὴρ mysterium coniunctionis gentium cum Iudae-
 is quaerant, sed enim fati friuole. Nam illud ὁ πατὴρ, si
 Seruator ipse addidit, quod omnino est probabile, ulterior fuit
 prioris uocabuli explicatio, uel, quod uerosimilius est, empha-
 tica locutio, qua uiscera coelestis Patris mouere Christus uolu-
 it, atque sic adiecta fuerit affectus testandi causa, ut *Apoç. 16.*
ὕδωρ ζωῆς *Grot. & Calou. ad h. l.* Vid. *Lightfoot. l. c. p. 655.*

§. 3. *Ποτήριον*, *Relch. Μεσαφοριῶς*, crux dicitur calix, כוס, a ueterum potandi ritu, ubi per magistrum conuiuii cuique uini portio & poculorum numerus praescribatur apud Romanos, Graecos & Hebraeos, uti plurimi uolunt. Vid. *Cass. Waserus de Num. Hebr. l. 1. c. 4. Scult. Exerc. Euang. Lipsius, Virsinus, Grotius, Bynaeus*, alii ad *Syr. 31. l. 24. 35. 36.* An uero crux *μεσαφοριῶς*, calix appelleretur, quia saepius, ut loquitur *Bynaeus*, hominibus erat graue ac molestum, id bibere, a quo abhorrebant, an uero, quia grandes peccatores supplicium passuros poculum antea ebibere olim oportuerit, quod hodie non uenit in defuetudinem, lectori beneuolo diuidendum relinquimus. Immolabatur cotidie agnus matutinus & uespertinus, quod sacrificium propterea תמיד מנחה, *perpetuum sacrificium*, l. iuge sacrificium, uocabatur. Erat agnus annuus Sielis S. emtus. Agnus uero כבקר, 2. *Reg. 3. Num. 28. 8.* ex calice aureo aqua pleno bibisse, ait *Auctor. Lexic. Aruch. fol. 79.* qui ex Hebraeorum sententia agno porrigebatur ad faces ardentes, quibus praefectus templi circuibat & excubias Sacerdotum obseruabat, agnumque illum excipiebat. Similem in modum agnus, qui peccata mundi portabat, excipitur facibus ardentibus *ποτήριον* ebibiturus, unde agnus innocentissimus Iesus ad Patrem coelestem clamat: Pater mi, si possibile est, transeat a me calix iste, qua formula innuitur profunditas crucis & poenae pro uniuerso genere humano suscipiendae. Nam Hebraei summam anxietatem & crucem insignem calicem uocabant. Quapropter de impiis dicitur, quod feces calicis, i. e. neruum & sanguinem quasi amari liquoris, qui infundebatur delinquentibus, e-
 bibere,

bibere, f. profunditatem crucis maximam sentire debeant. Vid. Ps. XI. 6. LXXV. 9. Es. 51. 17. Ier. 25. 15. 16. 17. Thren. 4. 21. Ezech. 23. 31. 34. Hab. 2. 15. 16. Apoc. 14. 10. XVI. 19. XVIII. 6. Bymaeus in Antiqu. Passion. c. 10. p. 360. innectit: Es ist merkwürdig, daß dergleichen Wunsch und Gebeter bey den Griechischen Poeten gefunden werden. Also unter den Sprüchen des Griechischen Comödien-Schreibers, welche Henricus Stephanus heraus gegeben, in Comic. Gnomif. p. 303. μή μοι γένοιθ' ἄ βέλομαι ἀλλ' ἄ συμφέρον. d. i. Laß mir nicht wiederfahren, das ich will, sondern was mir nützlich ist: Und diß Gebet, welches Plato aus einem ungenandten Poeten heybringet:

Ζεῦ βασιλεῦ, τὰ μὲν ἐσθλά κ' εὐχομένοις, κ' ἀνυκτοῖς
 ἄμυς δίδε, τὰ καὶ δευὰ κ' εὐχομένοις ἀπαλάξῃς.

d. i. O König Jupiter, gib uns das Gute, es sey dann, daß wirs bitten, oder nicht bitten, und wende von uns das Böse, wenn wir es gleich bitten würden. Ab eiusmodi tamen crisi Christianos abstinere oportebat. Christi precationem cum Gentilium formulis conferre ἀδιόλογον, & impium, nisi, loquendi illam rationem in se & extra contextum spectatam ad sacra referri posse, dicas, quod Theologis exponendum relinquo.

§. 4. Locus ille de corroboratione angelica & sudore Christi in MSt. codice Alex. non extat. Immo, quibusdam a Patribus una cum illis uerbis Ioh. XI. 35. ἔδανερόσεν ὁ ἰησοῦς, erasum, inter omnes constat. Lectio tamen nostra est genuina, quam ad unum omnes agnoscunt, etiam Syrus interpres uetustissimus, Arabs, ceteri. Quare, uti Bymaeus submonet, quod olim temporibus Hilarii, atque Hieronymi in multis Graecis ac Latinis codicibus defuerint haec uerba, non aliunde profectum est, quam ab hominibus superstitiosis, qui credebant, Iesum nunquam dedisse documenta tam magnae imbecillitatis humanae. Eo magis, quoniam Haeretici illis abutebantur.

§. 5. ὡσεὶ θεοῦβοι αἵματι, und sein Schweiß ward wie Bluts-Tropffen. τὸ ὡς & ὡσεὶ non similitudinem qualemcunque, aut leuem rei umbram, sed rem ipsam ac ueritatem

tem denotat. *Sagitt. P. 2. c. 2. p. 352.* ὡσεὶ h. l. non est similitudinis, sed ueritatis, habetque uim ὀριστικὴν certe & uere aliquid definiendi *Mr. 3. 16. Luc. 3. 23. XXIV. 11. Glass. l. 3. tr. 5. c. 28.* idemque est, quod ὄντως, πάντως, ἀληθῶς, quemadmodum *Cyrillus τὸ ὡς Hof. 5. 10. LXX. ἐγένοντο οἱ ἀρχοντες ἰσάδα, ὡς μετὰθίντες τὰ ὄρια,* interpretatur πάντως, omnino, non παρομοιακῶς & εἰς εἰκόνα, sed ἀληθῶς, id quod *Heinsio* obseruatum. Exempla prostant *Ioh. 1. 14. καὶ ὁ λόγος σαῶξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενῆς παρὰ πατρός.* Δόξα enim illa ὄντως, utique, παντῶς omnino, ἀληθῶς, uere, erat Dei filii unigeniti, *Luc. 24. 11. Ioh. 1. 14. 2. Cor. 3. 18.* Et sic respondet Hebraeorum כִּי אֱלֹהִים, quod aliquando significat rei ueritatem, ut ait *Kimchius, כִּי אֱלֹהִים הוּא, ad Hof. 4. 4. Caph est ad rei ueritatem.* Vid. *Gen. 27. 12. Neh. 7. 2.* Vtut per διαπίδησιν sanguinem ferofum, reseratis uasorum osculis, per poros, sudoris instar, transmitti interdum, constat, *Aristotele lib. 3. Hist. anim. c. 19. & lib. 3. Part. anim. c. 5. Galeno, Theophrasto, Bartholino, Thuano lib. 2. Hist. Maldon. in Matth. 26. & Diod. Siculo lib. 17. p. 560.* id affirmantibus, qui de regione loquens, ubi rem habuit *Alexāder M.* cum Poro, haec habet: *Serpentes ibi sunt οἱ διὰ τῶν δηγμάτων ὀξείσιν θανάτους ἀπειργάζονται. τὸν δὲ πλεγιῖνα πόνου δενοῖ συνείχον, καὶ ῥύσις ἰδρωτὸς αἱματωειδῆς κατείχον,* qui per morsus mortes acerbissimas operantur, percussum autem ab iis angores graues tenent, & profluxus sudoris instar sanguinis prehendit; Nusquam tamen velatum reperi, guttas, grumasque sanguinis tam ingentes & copiosas fuisse, in terram ut defluerent. Quod ergo *Saluatori* contigit in extrema hac anxietate, plane insolens fuit. Vid. *Dorsch. Theol. Zachar. C. IX. p. 297. & Calou. in Anti-Grot. ad Luc. 22. 44. p. 646. & c. Gisbert. Voëtius Select. Disp. Theol. P. II. Disp. 9. & 10.* Quae *Lightfoot. ad Luc. XXII. 44. p. 562.* addit: Sudorem pariter hunc *Saluatoris* ego ictui serpentis antiqui potius adscripserim, quam irae diuinæ apprehensioni; & *Ant. Bynaeus p. 360.* item *Hammondus p. 376.* aliasque passim sine fundamento disputat, Theologis exponen-

fuetudinem Orientalium est collectiue posita. At 2. Sam. 15. 23. & 1. Reg. 2. 37. קררון. Id quibusdam obstat, quo minus χείμαρρον τῶν ἀδάσων torrentem uertant cedrorum, quod Hebraeis cedrus nomine non קררון, sed ארז ueniat, atque sic diceretur χείμαρρον & torrens ארזים, FLV-VIOLVS ARAZIM. Sed enim Kimchium cum quatuor cedrorum speciebus קררוס connumerare, & uocem ipsam קררוס Talmudicis non esse infrequentem, notant alii. Nam etiamsi קררוס sit apud Talmudicos quoad terminationem Latinum, accuratius tamen קרון scribi, satis notum est. Sic Chaldaeus Paraphrastes Gen. 6. 14. utitur uocabulo קררונין, Cedern-Bäume, quod exponunt Orientales per קררונה. 2. Reg. 23. quoque extat: Et extulit lucum ad torrentem קרון, & Jer. 31. ad torrentem קרון. Quae cum intueor, uocem prima sua origine ab Hebraeis esse oriundam, a quibus Graeci & Romani acceperint, quorum terminationes & dialectum imitati sint postea Talmudici, a ueritate non alienum uidetur. Nam קרר sonat obscurus, obscuratus, luce privatus fuit, nigrum, quod tam cum cedrorum umbrositate, quam terrae nigredine, ceterisque torrentis illius circumstantiis, optime conuenit. Hinc cum Sagittario deriuo nomen a nigredine, propter uallis profunditatem, arboris copiam, limum & sordes ex montibus & urbe. Erat uallis eiusdem nominis קרון, ob obscuritatem & profunditatem, teste Josepho, Kedron dicta, inter Hierosolymas, montemque oliuiferum sita. Reland. Palaest. l. 1. c. 54. p. 371. Eleganter admodum Schindler. Kidron nomen uallis, seu aluei, in quo torrentis eodem nomine fluit, Hierosolymam uersus orientem a monte oliueti dirimens. Torrentis huius origo est ex monte, non procul a Ierusalem, uersus meridiem, & continuo fluxu fontis Gihon augetur. Plura dabit laudatus Relandus l. c. Id praesertim cedro dignum, quod Antiquitatum peritissimus Dassouius ex Hebraeorum Magistris notat, quando ait: Christus transibat torrentem Kidron, in quem defluebant omnes sacrificiorum sanguines, & ibi propterea subdabat sanguinem, ubi sacrificiorum sanguines semper fluebant

& coagulabantur, manifesto indicio, quod sacrificiorum sanguines sanguinem Christi pro hominum salute effundendum praefigurarunt. *xeiuaḥpos* est fluuiolus, qui maximam partem, hyeme exetunte, ex resolutis niuibus confluit, & nonnunquam aestate exsiccat. Syrus reddit

סַוּרֵי מַיִם לְעִירָא דְּכִדְרוֹן
 וְעִירָא דְּכִדְרוֹן לְעִירָא דְּכִדְרוֹן


Et egressus est cum discipulis suis per transitum pedis Kidron, ut uertunt passim cum *Ludou. de Dieu*. Sed enim *Bochartus* in *Geogr.* ostendit, apud Syros רגל, *pes*, & רגלה, torrens, iisdem scribi literis, quin & Arabice רגלה esse decursum aquarum. Id saltim uerissimum putamus, transitum pedis uerti posse. Nam facillime pedibus transcendebatur torrens Kidron. Incertissimum autem & ἀπορον censemus illud, quod, teste *Sagittario*, *Zacharias Episcopus Hierosol.* & e *Latinis Haimo, Thomas, Lyranus* tradunt, uidelicet hoc transitu Christum significasse, se properare ad rem perpetuo memorandam, & ut aiunt, cedro dignam. *Lightfoot* reuera potius Cloaca urbis, quam fluuiolus cognominatur, ad *Joh. 18. 1. p. 667.*

§. 8. *Mons Oliuetus* הַר הַזַּיִתים, 2. *Sam. 15. 30. Zach. 14. 4.* (Rabbinis הַר הַמְּשֵׁחָה uulgo dicitur, ab oleo & oliuis copiose illic nascentibus & crescentibus. Iuxta *Iosephum Antiq. l. 20. c. 6. ἀπέχει ἑτάδια πέντε*, aberat ab urbe quinque stadia. *Lucas* autem *Act. 1. 12.* aliter scribere uidetur, quando dicit: Tunc reuersi sunt a monte, qui uocatur oliueti, ὁ ἔστι ἐγγύς Ἱερουσαλῆμ Σαββάτων ἕξ ὁδόν. Nam iter Sabbathi octo stadia excepit. Sedenim *Lucas*, quod obseruatione dignum, spatium metitur ad locum oliueti, ubi ascendit Saluator; *Iosephus* autem ad primam basin & ad radices oliueti. *Lightfoot. Chorogr. Matth. praem. c. 40. p. 201.* e Talmudicis frequentia recenset: *Infra hunc montem suscitandos esse omnes mortuos, Targ. habet in Cant. 8. 1. Cum reuiuiscant mortui, dirumpendus est mons oliuetus, atque omnes mortui Israelis inde exituri, etiam iusti isti, qui mortui sunt in captiuitate conuoluentur sub terra, & exituri sunt sub monte oliueti.*

Vaccam

Vaccam rufam illic comburebat Sacerdos, cumque illic sanguinem spargeret, directe oculos ad Sanctum S. confirmavit. Memoria etiam hic dignae sunt flammae istae signales, in vertice huius montis agitari solitae, in signum statae iam Neomeniae. Rosh. Hashanah. c. 2. hal. 2. 3. &c. Erat hic locus infra urbem Moisa מַצְיִו, huc descenderunt (in festo Scenopogiae) & decerpserunt inde ramos salicum perlongos, atque abeuntes eos locarunt iuxta latera altaris &c. Succah. c. 4. hal. 5. Messiam, quod in primis observatu dignissimum est, in hoc monte plurimum uersaturum, credunt Iudaei, Midrasch. Till. R. Ianna dixit, per tres annos & dimidium stetit הַיְכִינֹשׁ, diuina maiestas, in monte oliueti, & praedicavit dicens: QUERITE DOMINVM, DVM ILLE EST INVENIENDVS, INVOCATE EVM, DVM PROPE EST. Cum Christus mortem praediceret discipulis, agebat cum iis, non quidem praesente turba, sed κατ' ἰδιαν, seorsim assumtis, ubi id obseruatione dignum, quod Seruator tum secessum, hortorum amoenitates & iuga montium adamauerit: καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη κατὰ τὸ ἔθος εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Ἠκολούθησαν δὲ αὐτῷ καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Christum saepius uersatum esse in monte oliuarum, etiam Lucas tradit c. 21. 37. τὰς δὲ νύκτας ἐξερχόμενος ἠυλιζέτο εἰς τὸ ἔρος τὸ καλεῖμενον Ἐλαιῶν. Sagittar. l. c.

§. 9. Venit Seruator εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ. *Vulgatus* χωρίον uertit uillam. *Glossar. H. Sephani*: χωρίον, rus, possessio, uilla, fundus, praedium. Ita quoque *Hieronymus, Euang. Hebraeum & Arabs*: Villa, uicus, ut *uetus Glossar.* interpretatur. *Syrus* habet ܩܕܫܐ, in locum, quem sequuntur *Laur. Valla, Beza, Castalio, Piscat. Vatablus*, alii. Sed enim *uetus Lexicon Graeco-Lat.* cum *Stephano* accuratissime reddit: χωρίον, rus, possessio, uilla, fundus. Hac enim uisurpari significatione, demonstratum est a *Ludou. de Dieu, Henr. Valefio, Guil. Budaeo* & nouissime ab *Ant. Bynaeo* ex *Hesychio, Demosthene*, aliis. Γεθσημανῆ *Bened. Ar. Monrano* in *cap. 26. Matth.* est Ganfemini ex ̄ב, hortus, & ̄בַּשׁ, octo, quia horti in suburbiis magnarum ciuitatum ordine positi distingui fuerunt numerorum notis, atque hic fuisset octa-

nus ab Hierosolymis. Alii uocem deriuant a סימנין, signis nouilunii, quae in summo huius montis uertice edebantur, accensis facibus, aut a שמן, pinguedine, & גיא uallis, quomodo legit *Evang. Hebr. גיא שמנים*, uallis pinguedinum. *Hieron. ad Jer. 31. Erasm. Beza, Piscator, Georg. Calixt. Grot. Vossius*; alii transferunt & interpretantur: *Quasi uallis pinguium ab ubertate soli dicta*. Sic legitur *Ef. 28. 1.* partem agri Israelitici, quae ad pedes est Libani montis, גיא שמנים, uallem pinguedinum. *Angel. Caninius & Schindlerus*: Sunt duo uocabula Syriaca גת שמנין, pecuaria butyri, adeoque locus a copia butyri id nomen nactus est. Sed enim *Syrus* habet , Gedsimon, & uerior sententia uidetur *Gerhardi, Calou. Lightf. Capelli, Bynaei*, qui רשתוןאנז deducunt a גת, torcular, & שמן, oleum, dum in monte, uel ad radices montis, haud dubie fuit aliquod torcular, aut domus torcularia, & ad hanc hortus & uilla eiusdem nominis. At enim parum haec in notione situm est. Subiicimus potius uerba *Lydii*, quae leguntur in *Flor. Sparf. ad Pass. F. C. p. 6.* Quia, ut ex *Aben-Efra* notat *Grotius*, iunicem piacularum, de qua *Num. 19.* in monte oliuarum comburere consueuerunt, inde existimare licet, Christum illuc festinasse, ut typum illum impleret. ILLIC ERAT HORTVS. Rosaria intra urbis moenia & in ipsam urbem Talmudici collocant, sed paucissima, משום טורחה, ob foetorem a foetidis herbis & fimeto. Ast extra urbis moenia, praesertim ad pedem oliueti, uineas & hortos plurimos frugiferis arboribus confitos fuisse, scribunt. Celebris fuit hortus regis, *Neb. 3. 15.* de cuius excellentia prae reliquis magnifice sentiunt Doctores. In hortis Magistri frequenter diuertebant cum discipulis. Erat ibidem locus docendi discipulos in hortis, ac uineis. Vid. *Lex. Aruch. fol. 52. col. 2.* Eadem deuotionis loca usibus, ut traditio uerus est, sacris uacabant, quam res sacras in montibus, hortis ac uineis peragendi consuetudinem Pagani non ignorant, de qua iam non est dicendi locus. Christus, quod apprime notatu dignum, quaerebat secessum, ut disci-

discipulos, κατ' ἴδιον, sigillatim sumptos, uel κατὰ μόνους, ductos, doctrina eo sollicitius & commodius coelesti imbuere, ac precibus & deuotioni sine impedimentis incumbere posset. Non uero, ut Hebraeorum, Pharisaeorum, aut Gentilium ritus imitaretur. Dominus uillae fortasse fuit unus ex Seruatoris asclelis, ut ex hac amicitiae intimioris lege prolixam locum illum subinde frequentandi facultatem Christus habuerit, quod proditori pessimo optime erat cognitum. Vid. *Lightf. Hor. Hebr. Joh. 18. 1. p. 667. & Grot. ad 1. c.*

§. 10. Seruator dicit discipulis: καθίσαιτε, sedet eudj hic; καθί & καθίζεν proprie quidem ualent sedere, at interdum idem sunt, quod expectare, persistere. Gen. 22. 5. Luc. 24. 49. &c. quo sensu τὸ καθίζεν frequentissime occurrit, & 1. c. bene uertitur: *Manete, expectate.* Adiicit Lucas: Ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν. ὡσεὶ significat fere, circiter, admodum, praeter propter. Notant Magistri, oraturos se seiuuixisse ab aliis, qui non orabant, crediturque iactus ille lapidis, quo Christus se disiunxit oraturus, praeter propter fuisse interuallum 4. cubitorum, nam eo interuallo sese disiungebant a non ignorantibus, ita quoque a rebus preces impediuntibus, v. c. fordibus. Vid. *Maimon. de Prec. c. 4.* Sic aliqui sentiunt, sedenim frustra. Nam Christus bonae ut consuetudini facile cessit, ita traditiones Pharisaeicas maximo opere auersatus est, cum adimpleuerit non παράδοσιν, aut νόμον παρρησπαράδοσιν, sed כתב הרה, f. νόμον ἐγγράφον. *Casaubon.* tamen contra *Baron. Ex. 16. c. 62.* uerissime dicit, obseruare Veteres, Christum, quoties maiore contentione orare patrem uoluerit, solitum a discipulis secedere, & orare κατὰ μόνους, hoc est, seorsim, solus, ut loquuntur Euangelistae, *Matth. 6. 6.*

§. 11. Deinceps Christus incipit λυπεῖν, f. λύπειν. *Chrysippo* apud *Ciceronem* λύπη, animi molestia & aegritudo, est quasi λύσις, totius hominis solutio; *Socrati* apud *Platonem* in *Cratylo* ἀπὸ τῆς διαλύσεως τῆς σώματος, ob effectum, quem moestitia animi parurit, a folius corporis resolutione. *Autori Etymologici M.* sic dicitur παρὰ τὸ λυεῖν εἰς δάκρυα τῆς ὄψας,

ἅπας, quod resoluat oculos hominis in lacrymas. Designat hic ueram & realem tristitiam, absque ulla tamen ἀταξία, & labe uitii, sanctissimam & maxime ordinariam, non falsam, aut fictitiam, uel simulatam, ut Haeretici Phantasiastae contendebant, de quibus uid. Chrysof. Homil. 26. in Mt. Ambros. in Luc. 22. & Damascen. de Haeret. c. 84. Significatus magis augetur per phrasin illam, quae ἐμφασιωτάτως uim & δυνάμειν quendam superaddit u. 38. Περιλυπός ἐστι ἡ ψυχὴ μου ἕως θανάτου (Marc. 6. 26. XIV. 34. Luc. 18. 23. 24.) moerore & tristitia obsepta & undique quasi circumcincta est anima usque ad mortem. Per τὸ περι fensus magis intenditur. Latini dicunt cum Bynaeo PERTRISTIS. Versio Interlin. VNDIQVE TRISTIS, Beza VNDIQAQVE TRISTIS: Piscator SVpra MODVM TRISTIS: Er. Schmid. SVMME TRISTIS, qui mauult deducere ab Aduerbio περι, admodum, ualde, nimis, ut in περιθέλω, supra modum cupio. Erudite tamen monet D. Calou. ἕως infimul intensiue, non extensiue tantum accipi, atque sensum esse, undiquaque & ueluti per circuitum usque ad mortem. Περι ergo designat in compositione cum λύπη animam moerore undiquaque circumuallatam, quanquam alii hanc δυνάμειν et uim Aduerbio περι adsignent. Crescit quoque significatus per τὸ ἕως θανάτου. Veteres enim summa constituti in tristitia dicebantur exeruciari, & doloribus angī, περιλυπῆν ἕως θανάτου, ἕως θανάτου, usque ad mortem. Vnde περιλυπῆν ἕως θανάτου & ἀγωνίαν quandoque euadunt in Synonyma, quae sibi ad amuffim aequipollent. Certe τὸ περιλυπῆν ἕως θανάτου omnium optime τὴν ἀγωνίαν exprimit. Opponitur τῷ ἐπιχαρῆς, quod respondet Hebraeorum phrasi: Et circumdabis consolaberis me Ps. 71. 21. Vid. Hiob. 16. 13. Ps. 78. 18. Eodem sensu reperitur apud Isocratē ad Demonicum: Νόμιζε, μηδὲν εἶναι τῶν ἀνθρώπων βέβαιον, ἕτω γὰρ ἔτ' εὐτυχῶν ἔση περιχαρῆς, ἕτε δυστυχῶν περιλυπῶν. Nihil rerum humanarum esse firmum, existima. Sic fiet, ut nec in rebus secundis laetitia exultes, nec in aduersis consterneris. Germani uerterent non male: Unmäßige Traurigkeit, vor Freude ausgelassen seyn. Haec igitur dicendi ratio Hebraea denotat tristitiam, quae in hora mortis est. Mors enim


enim conuenientissime τῶν Φοβερῶν πάντων Φοβερῶτατον audit,
das allererschrecklichste unter der Sonnen. Sic legimus non absi-
mitem in modum de Samfone *Iud. 16. 16.* נפשו רמתי, &
abbreviabat anima eius usque ad mortem, decurtabatur ob an-
guſtiam, desponſionem, contriſtationem, taedium, moleſtiam, do-
lorem, afflictionem, quod afflictis ſpiratio ſit breuior in anguſtia
pectoris. *Num. 21. 4.* נפשו רמתי, & *abbreviata fuit anima,*
Targ. קרתי & anguſtata fuit, LXX. Senes ὀλιγοψυχῶν. Ion.
4. 9. Σφόδρα λελύπημαι ἐγὼ ἕως θανάτου, *ualde contriſtatus ſum*
ego usque ad mortem. Conſpirant *Syrus & Arabs.* Noſtra phra-
ſis conuenit ferme cum cantu Dauidico *Pſ. 116. 3.* יתפש
תמו - ילחי, *circumdabunt me funes mortis.* Accedit, quod
Orientales interiore cordis affectum ſignificaturi uoce נפ
utuntur, quod, cum in uulguſ notum ſit, exemplis non il-
luſtrabimus. Ceterum primum נפס erat λύπη, *alterum*
ἐκθάμβησις, timor, terror, pauor, conſternatio, ſtupor, *ter-*
tium ἀδημονία, Mt. 26. 37. Marc. 14. 33. *Vulgatus* ultimam uo-
cem uertit MOESTVS ESSE, TAEDERE, ſed pondus uocis non
penetrat. Rectius *Beza:* GRAVISSIME ANGI, PRAE DOLORE
CONCIDERE ANIMO, ET INOPEM CONſILIO ESSE. *Maldon-*
nato eſt ἀδημονεῖν ita uehementi obiecti diſcriminis metu angi,
ut quodammodo exanimis & attonitus ſis. *Euſtath. ἀλύειν*
ἢ ἀμνησθεῖν, qui duxit notionem ab ἀδσ, *ſatietas,* ut ſit
quaſi nimia dolorum ſatietaſe fatiſcere. Alii deriuant ab α
ἔρητιω & δῆμι, *populus,* & interpretantur, *extraneum eſ-*
ſe, extra populi conſortium uiuere, more triſtium & melan-
cholia laborantium attonitorum. Atenim uero, licet *Seruator*
t. t. ſolicarius quaſi ab hominibus auulſus fuerit, uerior ta-
men eorum uidetur ſententia, qui uocem illam deductant
uolunt ab ἀδσ, *taedio ex laſſitudine affici,* & γεννωσ quocun-
que modo moleſtias pati. *Chriſtus* enim languores noſtros
tulit *אריני* ab radice אריני, *aegrotare, morbo grauiffimo inſir-*
mari, atque ſic laſſitudine ob peccata noſtra quaſi conſectus
erat, *Eſ. 53. 4.*

S. 12. *Εκλένεσθεον προσηύχετο,* und es kam, daß er heſtig
betet. *Sagittar. ὀλοψύχως, προθύμως,* OMNIBVS VIRIBVS, IM-
PENSE,

PENSE, VEHEMENTER, ALACRITER, TOTO ANIMO, INTENSE. *Vulgatus & Erasmus* PROLIXIVS orabat. Melius *Beza* INTENSIVS, quod idem dixit Arabs, *متواذري*. Est enim *وتتر*, tendit, intendit, unde apud Hebraeos *יתר* & *מיתר* *funis*, qui tenditur. *Syrus* habet *אֲבַבְבִּי*, INSTANTER, sicut infra 23. 13.

תְּרַבְבִּי, instantes erant, id est, instabant. *Ferriarius* *כבד*, INSTARE, INCUBUIT, magno studio urfit. Quo maior igitur anxietas & dolorum uehementia, eo uehementior oratio *ἐκείνης*, intenta, de qua testatur effectus, factus enim sudor eius sicut *θέρουσαι αἵματι* &c. & *ἀγωνία*. *Ἄγων*, ut notanter ait *Sagittar.* erat locus luctae, uel lucta ipsa, ueluti pugna duorum, quo exercitio Graecis olim nihil frequentius fuit. Ita enim corporis robur acquiri, putabant pugiles. Sumitur etiam pro insigni animi perturbatione. Vnde explicant *ἀγωνίαν* angorem, anxietatem animi, ut *Lucas* tres quasi passiones hac unica complexus sit uoce, *πενιθυπίαν*, *ἐκθάμβησιν* & *ἀδημονίαν*. Commodissime tamen ab *ἄγων*, certamen, lucta, designat acerrimum animae conflictum. Haec uero *ἀγωνία* ulterius declaratur, quando *προελθών*, procumbit in faciem, *Marc. 14. 35.* & magna ui ad Deum orat. *Dassou.* ad h. l. Non negamus, inquit, in genua procidisse *Saluatorem sanctissimum*, sed, posteaquam in genua prolapsus erat, cadebat in faciem, quod fiebat cum manuum expansione & in usu erat in sanctuario. Vid. *Maim. in Libr. Mischn. de Inform. c. 1. §. 3.* Iste autem prolapsus in faciem adhibebatur in solemnibus ieiuniis, si pressi calamitatibus *Iudaei* Deo supplicarent, ut iram diuinam uellet auertere, quae preces uocabantur *תחנונים*. Immo in summo expiationis festo prolapsus in faciem in primis in usu erat, quem ritum *Christus* imitabatur expiationem humani generis suscepturus. Praeterea, quia iram Dei sentiebat, uolebat etiam eundem adhibere ritum precandi, quem illi adhibebant, qui enormiter ira Dei premebantur. Vid. *Maim. de Precib. c. 5.*

§. 13. IX. §. 15.



Th: 780

ULB Halle 3
002 500 698



Sb.

KO 17
D

n. C.





18.

Q. D. B. V

DISSERTATIO VIII.

**OBSERVATIONVM
CRITICO-PASSIONALIVM
PRECAATIONEM CHRISTI
IN HORTO GETHSEMANE
SIGILLATIM EXAMINANS**

QVAM

**INCLVTAE FACVLTATIS PHILOSOPHICAE
INDVLTV**

IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA

DIE XXI. SEPT. M. DCC. XX.

PLACIDAE ERVDITORVM συζητήσεσ

SVBMITTIT

PRAESES

SAMVEL FRIDER. BVCHERVS

AA. ET PHIL. MAG.

ET

RESPONDENS

CAR. GODOFR. LOCHMANNVS

SPANSBERG. MISN. S.S. THEOL. STVD.

VITEMBERGAE

LITERIS CHRIST. SCHROEDERI, ACAD. TYP.

